

## CAPVT PRIMVM.



**M**USICA EST RI-  
te ac bene cantandi  
scientia. Bene canere,  
est cantum sub certa  
aliqua regula ac men-  
sura, per suas voces &  
notulas apte proferre.  
Et est triplex, θεωρικὴ πρακτικὴ ποιη-  
τικὴ

**THEORICA** est, quæ in ingenij  
contemplatione ac rei cognitione tan-  
tum versatur, cuius finis est scire. Vnde  
Theoricus Musicus, qui artem ipsam  
nouit, verum hoc ipso contentus, nul-  
lum eius specimen agendo exhibet.

**PRACTICA**, quæ non solum in  
ingenij penetralibus delitescit, sed in  
opus ipsum prodit, nullo tamen post  
actum relicto opere, cuius finis est age-  
re. Vnde practicus Musicus, qui ultra  
artis cognitionem ceteros docet, in earum  
se citra alicuius operis effectum exercet.

A in Poetica